



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Oratio facit sex bona.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

facimus, id quod petimus sine dubio
 obtinebimus. Secundo, ut mundi-
 tiam cordis diligat. Io. 3. Si cor-
 noster non reprehenderit nos fiduciam
 &c. Et P. Augustinus. Munda tuum
 cubiculum cordis, & intus est qui
 exaudiat. Et Hieronymus. Intellige
 o homo, quia nisi pura conscientia de
 preceris, a deo prorsus non exaudie-
 ris. Tertio, ut affectus suos puros
 custodiat. Vnde P. Augustinus. Nihil
 ita deum inclinatur ad pietatem & miseri-
 cordiam quemadmodum pius mentis affe-
 ctus. Secundum quod est necessarium,
 est ut iusta petat. Tria namque petere
 debemus primum est a preteritis pec-
 catis veniam. Ecclesiasti. Ne adicias
 peccatum super peccatum, sed de
 pristinis deprecare ut tibi dimittan-
 tur. Secundum est a presentibus ma-
 lis tutelam. Matt. Vigilate & orate
 ut non intretis in tentationem. Psal-
 Custodi me ut pupillam oculi tui,
 &c. Tertium est a futuris periculis
 cautelam. Luc. Vigilate omni tempo-
 re orantes, ut digni, &c.

1. Io. 3.

Auguf.

Hiero,

Auguf.

Eccl. 5.

Mat 27
Pfa. 16.

LUC, 21

Oratio facit sex bona.

Diabolum fugat, de hac mate-
 ria vide supra in secundo cap-
 de oratione. Secundo Veniam
 impe-

impetrat. 2. Reg. 12. Dixitq; Dauid. 2. Re. 12
 Peccavi domino, cui dictum fuerat.
 Dominus transtulit peccatum tuum
 non morieris, &c. Ecclesiasticus ora-
 tio humiliantis se nubes penetrat.
 &c. Vitam ad perpetuam prolongat
 Isa. Audiui orationem, &c. Tollit op
 proprium. Tob. 3. Ad hanc uocem
 perrexit, &c. usq; , ut ab illo improp-
 rio liberaret eam. Impetrat gratiam
 ad benefaciendum. Sic publicanus
 per humilem orationem, descendit
 iustificatus in domum suam. Pius
 enim mentis affectus inclinatur ad
 pietatem & misericordiam. Oratio
 docet quid faciendum. Vnde Pau-
 lus. Nam quid oremus sicut oportet.
 dicit Remigius. Plerunque dum uo-
 lumus bona petere, petimus contra-
 ria: Sicut Paulus qui petebat auferr
 stimulum carnis, si enim exaudiretur
 forsitan in reuelationum magnitudi-
 nem se extolleret, & in lapsum cade-
 ret. Sed ipse spiritus sanctus postulat
 pro nobis gemitibus inenarrabilibus.
 Dicit Ambrosius. Qui si quando fi-
 deles aliquid petunt contra salutem suam
 per ignorantiam non per iactantiam,
 spiritus sanctus qui unius substantiae
 est cum patre & filio, interponit se
 in medio inter nos & deum patrem,
 & postulat pro nobis quae utilia sunt,

Ecc. 35.

Isa 38.

Tob. 3.

Luc.

Rom. 8.

Remig.

Ambr.

CHRISTIANA

non cum pulsu aeris, neque cum sonitu, uel strepitu uocis, sed inenarrabiliter sicut conuenit eius diuinitati, quia æqualis & consubstantialis est deo patri.

Ornatus superbus, & curiosus fugiendus est propter quinque.

Primo, quia sacra scriptura docet. Ecclesiasticus: In uestitu ne glories unquam nec in die ortus tui exultabis. Et Petrus etiam docet quomodo debeant esse mulieres; non nimis ornate &c. Paulus etiam ait: Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus. *Glossa:* contenti tegumento non debemus querere ornamentum. *Auguf.* Augustinus: Veste purpurea tibi cūdetur nō ad pulcritudinem sed ad necessarium tegumentum, ne, dum exquisitis uestiris, alteram turpitudinem assumas. Et *Cyprianus:* Serico & purpura indute, Christum induere non possunt; auro & margaritis & molibus ornate, ornamenta cordis & corporis perdiderunt. Secundo, qui deo displicet. Et hoc ostenditur in plasmatione hominis. Voluit enim

Ecc. 11

Pet. 3.

Tim. 7.

Glossa.

Auguf.

Cypria.